



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum  
Libri quinque**

**Coster, Franciscus**

**Antverpiæ, 1587**

7 Remedia contra luxuriam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

Matt. 6. præstítit, Querite (inquiens) p्रimum regnū Dei  
& iustitiam eius: & hęc omnia adiiciētur vobis. Et,  
Hebr. 11. Non vos deseram neque derelinquam. Qui tantam  
turbam Monachorum, Anachorarum, alio-  
rumq. religiosorum, & Christianorū, qui nu-  
dum Christum nudi secuti fuerunt, hactenus  
aluit: is tibi quoq. necessaria præbebit, si ma-  
gna fide ei te committas. Dum autem tu plus  
æquo sollicitus es, deponit sollicitudinem tui  
Deus quam tu de te satis magnā habes. Si ve-  
rò sollicitudinem tui proiiceres in eum, ipse  
maiorem curam tui susciperet.

5. Intueri exemplum Dei Domini nostri,  
qui tanta largitate in omnes vtitur, vt crea-  
turas omnes diuinitatis suis cumuleat. Non illi sus-  
fecit, in vsum tuum hunc orbem creare, quo-  
tidianis muneribus te locupletare, Spiritum  
suum sanctum atq. seipsum tibi communica-  
re: sed in super sanguinem suum, & vitam tibi  
dedit, & propter te egenus factus est, cùm es-  
set diues, vt illius inopia tu ditareris.

CAPVT VII.  
REMEDIA CONTRA LVXV-  
RIAM.

**O**LLA, cùm admota igni nimium fer-  
uet, ad eam refrigerandam consuevit  
vnū ex his tribus adhiberi: vel ab igne  
amouetur: vel ligna subtrahuntur: vel frigida  
infunditur. Quia ergo libidinis ardor est quí-  
dam ignis: ad eius feruorem minuendum si-  
milibus est vtendum remediis.

I. Fu-

1. Fugiendæ sunt occasiones, vitanda mulierum colloquia, ocium, perditio tēporis: cohibendi oculi, aures, manus, & omnia eadeclinanda, quæ aliquam possunt libidinem provocare. Quia, cūm cætera vitia concertatio. D. Aug.  
lib. de ho-  
nestate  
mul.ca.1.

ne vincantur; sola luxuria superatur fuga. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem.

2. Subtrahatur fomentum, quod est cibus & potus: sicut Helias, impuram Iesabel fugiens, 3. Reg. 10 iejunus ambulanit 40. diebus, & totidem noctibus. Subtrahe ligna foco, si vis extinguereflammam.

3. Addatur aqua refrigerans, corporis afflictio, & pœnitentia. Corpus enim nostrum, cūm sit asino simile, tunc minus insolescit, eūm durius tractatur. B. Benedictus tentatus à D. Gre. carne, in spinas se nudum abiecit: B. Francis gor. lib. 2. cus in niuem. Nobis quidem licet tam austera remedia adhibenda non sint, assumantur Dialogo-  
rum.ca.2. tamen ea, quæ ad domandam petulantiam carnis sufficient.

4. Feruens oratio ad Dominū: Quia de hoc vitio ait Christus: *Hoc genus demoniorū non eii- Matt. 17. citur, nisi in oratione & iejunio.*

5. Primis insultibus impurarum cogitationum statim occurrere: quia dū aliqua negligētia permittuntur irrepere, inficiunt animam, & firmius hærent, quām vt facile posse excludi. Sunt enim viscofæ instar picis, quæ tacta adhæret, & inficit.

K CAPVT

Dei  
Et,  
tam  
alio-  
nu-  
enus  
ma-  
plus  
in tui  
i ve-  
ipſe  
ostri,  
eatu-  
i suf-  
quo-  
itum  
nica-  
ntibi  
m el-

V-  
n fer-  
tueuit  
o igne  
rigida  
st qui-  
am si-

Fu-